

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Simonia b  
cum fonte primo

Sicut ualidioribus morbis capite uiciato,  
reliquum necesse est corpus inundatione  
superioris morbi letaliter irrigari,  
ita et hii qui caput uidentur ecclesie  
morbo pestifero fraternum uiant  
corpus,

ita ut uideas in ecclesia passim quos non  
merita, sed pecunie ad episcopatus  
ordinem prouexerunt.

Ambrosius ibidem (in suo pastorali siue  
de dignitate sacerdotali).

Nam  
sicut validioribus morbis capite viciato,  
reliquum necesse est corpus inundatione  
superioris morbi letaliter irrigari;  
ita et ii qui caput uidentur esse Ecclesiae,  
morbo pestifero fraternum uiant  
corpus;  
ut nihil ex totius corporis compage  
insauciatum possit evadere, quod  
negligentium sacerdotum vitiositatis  
mortale infecerit virus,  
ita ut uideas in Ecclesia passim quos non  
merita, sed pecuniae ad episcopatus  
ordinem provexerunt;  
nugacem populum et indoctum, qui  
talem sibi adsciverunt sacerdotem.

Auctor incertus, *De dignitate  
sacerdotali*, 5 (PL 17, col.575C-576A).